

## Alte Drucke

### Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta  
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum  
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

**Isidorus <Hispalensis>**

**Parisiis, 1524**

INCIPIVNT DECRETA CONCILII CALCEDONENSIS.

---

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505**



# CONCILIUM CALCEDONENSE.

- |      |                                                                                                                                                                    |        |                                                                                                                        |
|------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| i    | De canonibus vniuscuiusq; concilii cōseruādis.                                                                                                                     | xiiii  | Quod non liceat clerico vxorem secte alterius accipere, nisi forte spōdeat se ad veram fidem venire.                   |
| ii   | Quod non oportet clericos aut monachos predia secularia vel causas suscipere.                                                                                      | xv     | De diaconissis mulierib⁹ quod nō liceat nisi quadragenarias ordinari.                                                  |
| iii  | Quod nō oporteat episcopos aut quoslibet ex clero per pecunias ordinare.                                                                                           | xvi    | De monachis vel puellis deo dicatis qd non liceat eis nuptiis iungi.                                                   |
| iiii | De honore monachis competente, & vt nullus eorū tēptet ecclesiastica aut secularia inquietare negocia, nec alienū seruū preter conscientiam domini eius suscipere. | xvii   | De ecclesiis in parochiis per triginta annos ab epō habitis vel renouatis vrbibus.                                     |
| v    | Quod nō liceat episcopo aut cuilibet ex clero de alia ad aliā transire ciuitatem.                                                                                  | xviii  | De conspiratione clericorum quod greci fratras dicunt.                                                                 |
| vi   | Quod non oportet absolute quoslibet ordinari.                                                                                                                      | xix    | Quod oporteat per prouintias bis in anno concilia fieri                                                                |
| vii  | De clericis & monachis in suo proposito non manētibus.                                                                                                             | xx     | Quod minime clericis in aliam ciuitatem transmigrare liceat nisi eis qui proptersecutione proprias amiserint ciuitates |
| viii | De clericis qui sunt in prochiis monasteriis atq; martyriis que sub potestate episcoporum vniuscuiusq; ciuitatis existunt.                                         | xxi    | De episcoporum aut clericorum accusatoribus quales debeāt suscipi i accusationem.                                      |
| ix   | Quod non oporteat clericis p̄termissio episcopo ad secularia iudicia cōmeare.                                                                                      | xxii   | Quod non liceat clericis post mortē sui episcopi res ad eum pertinentes diripere                                       |
| x    | Quod non liceat clericos in duabus ecclesiis ministrare.                                                                                                           | xxiii  | De clericis & monachis excommunicandis, qui preter voluntatem sui episcopi ad urbem regiam veniunt.                    |
| xi   | Quod oporteat egenis epistolā tribui, honestiores autem cōmendatitiis litteris approbare.                                                                          | xxiiii | Quod non liceat monasteria que consecrata sunt diuersoria secularia fieri                                              |
| xii  | Quod nequaquā duobus metropolitans prouincia diuidatur.                                                                                                            | xxv    | Quod non oporteat post obitum episcopi ordinationem alterius differre ep̄i.                                            |
| xiii | Quod non oporteat extraneos clericos sine cōmendatitiis litteris ministrare.                                                                                       | xxvi   | De economis id est dispensatorib⁹ singulis ecclesiis habendis                                                          |
|      |                                                                                                                                                                    | xxvii  | De his qui sibi rapiunt vxores.                                                                                        |

Expliciunt Capitula

## INCIPIVNT DECRETA CONCILII CALCEDONENSIS.

Capitulum primum.

**A** EGVLAS A SANCTIS PATRIBVS IN VNAQVAQVE synodo vsq; nunc prolatas propriū robur obtinere statuimus.

Capitulum secundum

**B** Si quis episcoporum accepta pecunia ordinationē fecerit, & sub precii deduxerit impreciablem gratiā, atq; ordinauerit per pecunias episcopum siue coepiscopū, siue presbyterum, siue diaconū aut quēcūq; alium qui cōnumeratur inter clericos, aut accepta pecunia ordinauerit economum, id est defensorē siue paramonarium, quicūq; ergo hec meditatū fuerit siue cōuictus fuerit ip̄e quidē subeat gradus sui periculū, & qui sic ordinatus fuerit nullum habeat fructū ex huiusmodi mercimonio & creatione probrosa, sed sit alien⁹ & dignitatis, & sollicitudinis eius quā per pecunias intrauit, sed & ille qui tam turpib⁹ & illicitis intercessor apparuit, siquidē clericus fuerit, de proprio discedat gradu. Si vero laicus siue monachus fuerit, anathema sit.

Capitulum tertium

**C** Peruenit in sanctā synodum quia de his qui in clero cōnumerantur quidā ppter turpis lucri gratiā maiorū possessionū cōductiōes & causas seculares suscipiūt, & seipsos quidē a ministeriis sanctis p̄desidia separāt, ad domos autē seculariū cōcurrūt & substantiarū eorū gubernationes auaritie causa suscipiūt, Decreuit ergo sancta & magna synod⁹ neminē deinceps eorū hoc ē nō ep̄m, siue clericū aut monachum



monachū cōducere possēssōes, aut mīseri secularib⁹ procuracionib⁹, nisi forte qui legib⁹ ad minorū tutelā etatū siue curationes inexcusabiles attrahuntur, aut cui ipsius ciuitatis episcop⁹ ecclesiasticarū rerū cōmiserit gubernacula vel orphanorū, aut viduarū que indeffense sunt, aut earū personarū que maxime ecclesiastico indigēt adminiculo, ppter timorē dei. Si quis vero trāsgressus fuerit statuta correptioni ecclesiastice subiaceat.

Capitulum quartum.

Qui vere & pure solitariā eligunt vitā digni sunt conuenienti honore. Quia tamen quidē monachi habitu vtentes indifferēter per ciuitates nec non & monasteria seipsos propria p̄sumptione cōmendant. placuit neminē aut edificare, aut cōstitūere monasteria, aut oratoriū domū sine conscientia ipsi⁹ ciuitatis episcopi. Eos vero qui per singulas ciuitates seu possēssōes i monasteriis sunt, subiectos esse debere episcopo & quieti operā dare, atq; obseruare ieiunia & orationes in locis in quibus semel deo se deuouerunt permanētes, & neq; cōmunicare ecclesiasticas neq; seculares aliquas attrectare actiones relinquentes propria monasteria, nisi forte iubeātur ppter vrgentes necessitates ab ipsi⁹ ciuitatis episcopo, & neminē seruorum suscipi in monasterium vt sit cum eis monach⁹, nisi cum dñi proprii conscientia, pretereūte vero hec decreuim⁹ extra cōmunionē esse, ne nomen domini blasphemetur, Conuenit ergo ciuitatis episcopo curā sollicitudinēq; necessariā monasteriis exhibere.

Capitulum quintum

Propter eos episcopos siue clericos qui de ciuitate ad ciuitatē trāseunt placuit definitiones datas a sanctis patribus habere p̄priā firmitatē.

Capitulum sextum

Neminē absolute ordinari presbyterū vel diaconū nec quēlibet in ecclesiastica ordinatiōe cōstitutum, nisi manifeste in ecclesia ciuitatis siue possēssionis, aut i martyrio, aut in monasterio hic qui ordinatur mereatur ordinatiōis publicare vocabulū. Eorū qui absolute ordinantur decreuit sancta synodus vacuā habere manus impositionem & nullū tale factū valere ad iuriā eius qui eum ordinauit.

Capitulum septimum.

Eos qui semel in clero taxati fuerūt siue in monasteriis deputati, decreuim⁹ neq; ad militiā, neq; ad honores seculares venire. Eos autē qui hoc ausi fuerint facere & nō actum rei penitere maluerint vt ad hoc idem reuertātur quod ante obtētum dei proposuerunt sibi anathematizari.

Capitulum octauum.

Clerici in parochiis monasteriis aut martyriis cōstituti sub potestate sint eius qui in ea est ciuitate ep̄s secundū traditionē sanctorū patrum nec per p̄sumptionē recedant a suo ep̄o. Eos vero qui ausi fuerint rescindere huiusmodi institutionē quocūq; modo vel si noluerint subiācere proprio ep̄o si quidē fuerint clerici pro personarū ordinatiōe subiaceāt condēnationib⁹ canonū. Si vero monachi seu laici fuerint cōmunionē priuentur.

Capitulum nonum

Si clericus aduersus clericū habeat negociū nō relinquat suū episcopum & ad secularia iudicia cōcurrat, sed prius negociū agitetur apud p̄priū episcopū (vel certe si fuerit iudiciū ipsius ep̄i) apud arbitros ex vtraq; parte electos audiatnr negotiū. Si quis vero cōtra hec fecerit, canonū subiaceat correptionibus. Et si cleric⁹ aduersus suū vel aliū episcopū habeat causam apud audientiā synodi prouincie cōqueratur. Si vero cōtra ipsius prouincie metropolitanū episcopū episcopus siue cleric⁹ habeat cōtrouersiam pergat ad ipsius diocesis primatē, aut certe ad cōstātinopolitane regie ciuitatis sedē, vt eorum ibi p̄priū negotiū exquiratur.

Capitulum decimum

Nō licere clericū in ecclesiis duarū ciuitatum ordinari, sed in ea i qua ab initio ordinat⁹ est, & cui⁹ expetitio erat ante profugiū. Et si ppter vane glorie desideriū contigerit vt post ad maiore ecclesiam cōfugerit eū indubitātē reuocari debere ad eā in qua ab exordio ordinatus est, & ibi tātūmodo ministrare. Si quis vero iam trāslatus est ab alia in alia ecclesiam nichil habeat cōmune cū priore ecclesia, siue sub ecclesia cōstitutis martyriis, siue in parochiis vel xenodochiis, aut eorū negotiis. Eos vero qui ausi fuerint post ordinatiōē huius magne & vniuersalis synodi agere que prohibita sunt statuī sancta synod⁹ cadere de proprio gradu.

Capitulum vndecimum

Omnes pauperes & indigētes ecclesiasticis auxiliis cū proficiūtur sub probatiōe epistolii, siue pauperis que dicūtur ecclesiastice tātūmodo cōmēdari statuim⁹ & nō cōmēdatitiis epistolis, quia cōmēdatitiis epistolas quas dicimus eos tantum accipere cōuenit qui in opere sunt clariores vt eis tātūmodo prebeantur.

Capitulum duodecimum.

Peruenit ad nos eo qđ quidā preter ecclesiasticos ordines affectātes potētiā per pragmaticā formā vnā prouintiam in duas diuidāt, ita vt ex hoc inueniātur duo metropolitanī episcopi in eadem



CONCILIUM CALCEDONENSE.

vna esse prouincia. Statuit ergo sancta synodus deinceps nichil tale attemptari a quolibet episcopo. Eos vero qui tale aliquid temptauerint de proprio gradu cadere. Si que vero ante ciuitates per prae-  
maticam imperialem metropolitanis nominis honore decorate sunt nomine solo perfruatur, & qui eccle-  
siam eius regit episcopus, priuilegio metropolitano episcopo iure proprio reſeruato.

Capitulum decimumtertium

**A** Extraneum clericum & leſtorē extra ciuitatē suam ſine cōmandatiſ litteris proprii episcopi nuſq̃  
penitus liceat miniſtrare.

Capitulum decimūquartum.

**B** Quia in quibuſdā prouinciis conceditur pſalmiſtis & leſtoribus vxores accipere, ſtatuit ſancta  
ſynodus prorsus nō licere cuiquā ex his alterius ſecte accipere vxorē. Si quis vero preuenit & habet  
iam de tali cōnubio filios ſi forte p̄uenerit eos iam apud hereticos baptizari, debet eos offerre ſancte  
eccleſie catholice, vt ibi cōmunicet. Qui vero adhuc baptizati non ſunt, omnimodo non poſſe eos  
in heretica eccleſia baptizari nec in matrimonio iungi heretico, iudeo, vel pagano, niſi forte ſponſa  
derit ſe venire ad orthodoxā fidē, dum cōiungitur ſpoſe orthodoxe. Si quis vero hanc diſſinitionē  
ſancte ſynodi preterierit regularum condemnationibus ſubiaceat.

Capitulum decimūquintum

*N. de ordinatione diaconi  
(ſum)* **C** Diaconiſſam non debere ante quadraginta annos ordinari & hoc cum diligenti probatione. Si  
vero ſuſceperit ordinationē & quātocūq; tempore obſeruauerit miniſteriū & poſtea ſe nuptiis tra-  
diderit iniuriā faciens dei gratie hec anathema ſit, cum eo qui in illius nuptiis conuenit.

Capitulum decimūſextum

*N. de his qui nouerūt aſſertum* **D** Si qua virgo ſe dedicauerit deo ſimiliter monachus, non licere eis iungi nuptiis, Si vero inuenti  
ſuerint hoc faciētes maneāt excommunicati. Statuimus vero poſſe in eis facere humanitatē ſi ita p̄ba-  
uerit loci episcopus.

Capitulum decimūſeptimum

**E** Per ſingulas eccleſias ruſticas parochias ſiue poſſeſſiones manere immobiles apud eos qui eas  
retinet ep̄os, & maxime qui eas ſine violētia iam per triginta annos tenentes gubernauerūt. Si vero  
intra triginta annos iā facta fuerit aut fiat de his altercatio licere eis qui ſe dixerūt leſos p̄pter eas mo-  
uere apud ſynodū prouincie certamē. Si quis vero putauerit ſe a proprio metropolitano grauari apud  
primatē dioceſeos, aut apud cōſtātinopolitane ciuitatis ſedē agat iudiciū ſicut dictū eſt. Si vero quelibet  
ciuitas per auctoritatē imperialem renouata eſt, aut ſi renouetur in poſterū ciuilib⁹ & publicis ordi-  
nationibus etiam eccleſiarum parochianarum ſequatur ordinatio.

Capitulum decimūoctauum.

**F** Coniurationū & cōſpirationū crimē qđ apud grecos dicitur fratrea publicis etiā legibus certum  
eſt penit⁹ inhiberi, hoc multo magis in ſancta dei eccleſia (ne fiat) cōuenit abdicari. Si qui vero clericus  
vel monachus inuēti fuerit cōiurātes aut fratreas vel factiōes cōponētes aliquas ſuis ep̄iscopis, aut aliis  
clericis omnino cadāt de proprio gradu.

Capitulum decimū nonum

*N. bis in anno celebrandos  
eſſe cōcilios* **G** Peruenit ad aures noſtras qđ in prouinciis cōſtituta ep̄iscoporum concilia minime celebrētur. Ex  
hoc p̄batur quod multe que correctiōe opus habeāt eccleſiaſtice res negligātur. Statuit igitur ſancta  
ſynod⁹ hec ſcđm patrū regulas bis in anno in vnū cōuenire per ſingulas prouincias ep̄os, vbi ſingula  
que emerſerint corrigātur. Qui vero noluerint cōuenire ep̄i cōſtituti, in ſuis ciuitatib⁹ & hoc maxi-  
me cū ſui corporis ſanitate cōſiſtētes etiā omnib⁹ aliis vrgētib⁹ & inexcusaſilib⁹ negotiis liberi ſunt,  
licere eos fraterne charitatis admōitiōib⁹ corripi.

Capitulum vigelimum.

**H** Clericos i ſuis eccleſiis cōſtitutos ſicut iā definiuim⁹ nō licere in alteri⁹ ciuitatis eccleſiis ordinari,  
ſed ad quieteſcere in ea in qua ab initio miniſtrare meruerūt, exceptis illis qui p̄prias ciuitates perdidē-  
runt & ex neceſſitate ad alias eccleſias migrauerūt, ſi vero quicūq; ep̄iscop⁹ poſt diſſinitionē iſtā ad aliam  
ep̄m pertinetē clericū ſuſceperit, placuit ſancte ſynodo & hūc qui ſuceperit & eū qui ſuſcept⁹ eſt tādū  
excommunicatos manere quādiū ipſe clericus ad propriam reuertatur eccleſiam.

Capitulum vigelimumprimum

**I** Clericos ſiue laicos q̄ accusauerit ep̄m aut clericos temere, atq; indifferēter non debere ſuſcipi in  
accuſationē niſi pri⁹ eorū opio fuerit p̄ſcrutata

Capitulum vigelimumſecundum.

**K** Non licere clericis poſt mortem ep̄iscopī rapere pertinentes ad eum res ſicut iam precedentibus  
regulis ſtatutum habetur. Si vero hec fecerint periclitari ſe nouerint a proprio gradu.

Capitulum vigelimumtertium

**L** Peruenit ad aures ſancte ſynodi, quia clerici quidā & monachi nichil ſibi habētes inuēctū a proprio  
ep̄iscopō,



episcopo, interdū vero etiā illi qui ab eo fuerant excommunicati veniāt ad regiā ciuitatē constantinopolitanā, & multis tēporib⁹ in ea cōsistētes perturbationes trāquillitati ecclesiastice ferāt, & diuersorum domos corrūpant. Statuit sancta synod⁹ hos quidē primū cōmonere per defensorē cōstantinopolitanē scēte ecclesie, vt exeāt de regiā ciuitate. Si autē i eodē pposito ipse p̄durauerit etiā inuitos eos ipse expellat defensor, vt ad sua loca perueniant. Capitulum vigesimūquartum.

Que semel cōsecrata fuerint monasteria cū iudicio sui ep̄i maneant perpetua, & pertinētes ad ea res conseruari ipsi monasteriis decreuimus, nec vltius posse ea fieri secularia habitacula. Qui vero permiserint hec fieri subiaceant his cōdēnationibus que per canones constitute sunt. A

Capitulum vigesimūquintum.

Quoniā quidā metropolitanorū sicut ad nos perlatū est negligūt creditū sibi gregē, & differūt ordinationes facere episcoporū, placuit sancte synodo intra tres mēses fieri ordinationes episcoporū nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tēpus ordinationis ampli⁹ propagari. Si autē quis ep̄orum hec nō obseruauerit ipm debere ecclesiastice cōdēnationi subiācere, redditus vero eiusdē viduatē ecclesie integros reseruari apud economū eiusdē ecclesie placuit. Capitulum vigesimum sextum. B

Quia i qbusdā ecclesiis sicut ad nos puenit sine economo ep̄i res ecclesiasticas tractāt, placuit oēs ecclesias ep̄os habētes habere economos de proprio clero, qui gubernēt ecclesie res cū arbitrio sui ep̄i scopi, vt nō sine testimonio sit gubernatio ipsarū rerū ecclesiasticarū, & ex hoc deueniat dispergi eiusdem res ecclesie, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis nō obseruauerit hec diuini subiaceat regulis, C

Capitulum vigesimūseptimum

Eos qui sibi rapiunt vxores vel eos qui eis auxilium prestiterint statuit sancta synodus, siquidē clerici fuerint cadere de proprio gradu. Si vero laici fuerint anathema sint. D

Subscriptio episcoporum.

Paschasius episcopus ciuitatis lilibitane vicē agēs beatissimi ep̄i leonis definiēs subscripsit. E

Lucetius ep̄s ciuitatis ausculitane, i. vicē agēs sanctissimi leonis ep̄i definiēs subscripsit.

Bonifacius presbyter vrbis rome vicem agēs apostolice sedis definiēs subscripsit.

Anatholius episcopus constantinopolitane ciuitatis noue rome definiēs subscripsit.

Iuuenculus episcopus hierosolymitanus definiēs subscripsit.

Maximus episcopus antiochenus definiēs subscripsit.

Quintilius episcopus cappadocie cesariēsis definiēs subscripsit.

Palafindus episcopus eraclee macedoniēsis vicē agēs sanctissimi viri anastasiū definiēs subscripsit.

Stephanus episcopus ephesinus definiēs subscripsit.

Lucian⁹ ep̄s bizensis vicē agēs sanctissimi ep̄i quiriaci eraclee traciēsis definiēs subscripsit.

Eusebius episcopus galathie anquiriensis definiēs subscripsit.

Diogenes episcopus quirensis definiēs subscripsit.

Petrus episcopus corinthenis definiēs subscripsit.

Florus episcopus sardinienis definiēs subscripsit.

Eunomius episcopus nicomedenis definiēs subscripsit.

Anastasius episcopus nicensis definiēs subscripsit.

Eleutherius episcopus Calcedonenis definiēs subscripsit.

Idem omnes episcopi D. c. xxx. definiētes subscripserunt.

Postquā recitata est piissim⁹ imperator ad sanctū cōciliū dixit. Dicat sanctū cōciliū si ex cōsensu F  
omniū episcoporū definitio que nūc lecta est plata sit. Oēs reuerēdissimi ep̄i respōderunt. Oēs sic credim⁹, vna fides, vna sentētia, omnino idē faciam⁹. Oēs cōsentiētes subscripsim⁹. Oēs orthodoxi sum⁹, hec fides patrū, hec fides ap̄lorū, hec recte creditiū, hec est fides que orbē terrarū saluat. Martiano, nouo cōstantino, nouo Paulo, nouo Dauid, impatori piissimo dño augustovita eius. Et post has voces piissim⁹ & fidelissim⁹ impator ad sanctā synodū dixit, venerādā catholica fides a facta & vniuersali synodo scdm patrū expositionē manifestata est. Et si laborē reuerētie vestre & cōuitiū fecim⁹, maximas agim⁹ gratias omnipotēti deo saluatori nostro, qā multorū erratiū circa fidē amputata discordia i vnā eandēq; fidē oēs nūc cōuenim⁹ sperātes celebrē vestris precib⁹, & meliorē sup oēs partē a deo donari. Sancta synod⁹ iterū exclamauit, hec digna vestri imperii, hec ppriā vestri imperii hec correctio vestri imperii, digna xp̄o, digna imperii fide, p̄pterea pacificatur orbis terre. Et post has voces piissimus & fidelissim⁹ impator ad sanctā synodū dixit, venerādā catholicā fidē sancte vniuersalis synodi



secundū patrū expositionē manifestā iuxta legē & cōueniētē esse vestra trāquillitas p̄bet, & omne i posterū contētionis occasionē circa suā fidē amputari. Si qs igitur idiota, vel militaris seu cleric⁹ publice turbā cōgregās sub obtētū dispositionis tumultū fecerit, siquidē idiota proscriptus expellatur a regia vrbe, militaris vero seu clericus gradus sui periculū sustinebit & aliis penis subiacebit.

EDICTVM MARTIANI IMPERATORIS IN CONFIRMATIONE CONCILII CALCEDONENSIS.

A



IMPERATORES VALENTINIANVS MARTIANVS

Augusti vniuersis populis. Tandē aliquādo qđ summis votis atq; studiis obtabam⁹ euenit, remota ē de orthodoxa xpianorū lege cōtētio, tādē remedia culpabilis erroris inuēta sunt, & discors populorū sententia i vnū cōsensum concordiaq; cōuenit, ab vniuersis etiā puinciis religiosissimi sacerdotes calcedonā uenerunt, iuxta nostra p̄cepta, & qđ obseruari in religiōe debeat p̄spicua diffinitio, ne docuerūt. Discessit igitur iam p̄fana cōtētio. Nā vere impi⁹ atq; sacrilegus est qui post tot sacerdotū sententiā opinionī suē aliquid tractādū reliquit. Extreme quippe demētie ē in medio & p̄spicuo diē cōmētitiū lumē querere. Quisquis enī post veritatē repertā aliquid vlti⁹ discutit, mēdaciū querit. Nemo itaq; vlt⁹ cleric⁹ militās & alteri⁹ cuiuslibet cōditiōis de fide xpiana publice terminata coadunatis & audiētib⁹ tractare conetur i posterū, ex hoc tumult⁹ & p̄fidie occasione regrēs. Nā iniuriā facit iudicio religiosissime synodi, si qs semel iudicata recte disposita reuoluere, & publice disputare cōtēdit. Cū ea que nūc de xpiana fide statuta sunt iuxta ap̄licas expositiones & ista tuta sctōrū patrū .ccc. x. octo & cetū. l. definita eē noscūtur, nā i cōtēptorib⁹ hui⁹ legis pena nō deerit, qā nō solū cōtra fidē bñ cōpositā ueniūt, sed et iudei & pagani & huiusmodi certamina p̄phanatve nerāda mysteria. Igitur si cleric⁹ erit q publice tractare de religiōe ausus fuerit a cōsortio clericorū remouebitur. Si vero militā p̄ditus sit cingulo expoliabitur. Ceteri etiā hui⁹ criminis rei de hac sanctissima vrbe pellentur p vigore iudiciario etiā cōpetētib⁹ suppliciis subiugādī. Cōstat enim heretice isanie exordia fomitēq; nutriri dū publice quidā disputāt atq; cōtēdūt, vniuersa ergo que a sctā synodo calcedoniā cōstitutā sunt custodire debebūt nichil postea dubitaturi, hoc itaq; cōmoniti nō sse sinceritatis edicto obsistēte p̄phanis vocibus vlti⁹ de diuinis disputare qđ nefas est, quia nō solū diuino iudicio peccatū hoc (pro vt credim⁹) punietur, verū etiam legū & iudiciū auctoritate coercebitur. Proposita. vii. kalē. Februarii constantinopoli patricio consule.

INCIPIT SACRA VALENTINIANI ET MARTIANI AVGVSTORVM POST CONCILIVM CALCEDONENSE IN CONFIRMATIONE EIVSDEM CONCILII ET DAMNATIONE HERETICORVM SANCTIO.

B



IMPERATORES VALENTINIANVS ET MARTIANVS

Augusti palladio p̄fecto pretorii. Diuine semp potētie referēde atq; agēde sūt gratie, que auctores heresis que occulta, nec latere concedit, nec durare ipunita p̄mittit. Quorū vnū malorū legēdi habet plenā facultatē, alterū precauēdi ceteris prestat exēplū. Cure igitur eē diuinitati hominū act⁹ & maxime reuerentiā religionis p̄xime i cōfirmāda catholica fide euidenter apparuit, cū nec euticē sceleratorū dogmatū sectatorē negligere qđ diu latuerat sciuit, nec patefacto scelere passa est penā sceleris euitare. Sētētis itaq; diuinis humanisq; dānat⁹ synodicū decretū (vt mērebat⁹ accepit) reus diuinitati, cui faciebat iuriā, reus hominib⁹ quos decipere conabatur. Proxime & enī innumerabiles ex toto orbe beatissimi ep̄i calcedone congregati ip̄roba p̄dicti euticetis vna cū synodo ei⁹ causa hita expulere cōmēta, sicut sanctorū definita maiorū que vel apud niceā a treētis decē & octo cōstitutā sunt, vlt⁹ hac postea alimavrbē a centū quinquagita sunt ep̄is declarata, vlt⁹ apud ephesum, cū nestorii est error exclusus p̄sidentib⁹ romane vrbis celestino cyrillo & alexādrīe ciuitatis ep̄is. Ea igitur que sūt iuxta pristinā disciplinā a venerabili synodo calcedonēsi definita illa fide qua deū colim⁹ p oīa seruāda celsim⁹ atq; celsē. quia valde cōsequēs est, vt sacerdotū pur a mēte deū cōlētū definita que p orthodoxorū fide sacrosctā scdm patrū regulas p̄cesserūt vna cū veneratiōe conseruare. Quoniā p̄cipali puidētie est omne malū inter initia opprimere, & serpētē morbū legum medicina refecare, hac lege decernimus eos qui euticetis errore decipiūtur ad exēplū appollinariorū quos eutices secut⁹ est, quos venerabiles patrū regule. i. ecclesiastici canones & diuorū principū sacratissime sanctiōes cōdēnāt, nullū episcopū nullū p̄byterū nullos creare vel appellare clericos, ipsūq; euticē notē



euticē noīe presbyteri quo indigne viens expoliat⁹ est, i totū carere. Si qui tñ contra definita nostra  
ēpos presbyteros ceterosq; clericos auli fuerint ex his creare tā factos quā faciētes vel psumentes sibi  
cunctōrū bonorū amissiōi periculoq; subiaccere exiliū perpetui pcepimus, Cōgregādi aut monachos  
aut edificādi monasteria nullū eorū iubem⁹ habere licetiā, loca forte i qua auli cōuenire aliqñ tēpta-  
uerint cōfiscari, si tñ dño loci sciēte cōuenerint. Q d si ignorāte auctore conuenerint cōductores loci  
fustib⁹ cesos deportationē subire cēsem⁹. Ipsos p̄terea nichil ex testamēto cuiuscūq; capere, nichil eis  
qui eiusdē erroris sint relinquere per testamēta ad nullā eos patimur spirare militiā, nisi forte ad cō-  
hortaliā vel limitaneā. Si quis etiā extra p̄dictā militiā inuēt⁹ fuerit militare, vel quia eius in religio-  
ne ignorabatur pueritas, vel quia post adeptū cingulū ad hūc deuenit errorē, solutus militia infideli-  
tatis sue fructū hūc habeat, vt optimorū & palatii cōmunione priuetur, nec alibi quā in quo nat⁹ est  
vico vel ciuitate versetur. Q d si qui eorū i hac alma vrbe qd credi nefas est, geniti sunt, tā de hac ciuita-  
te venerabili quā sacratissimo comitatu & ex omni excludātur metropolitana ciuitate. Et hoc quidē  
gñaliter circa oēs cōstituimus q hac clade pollutionis polluti sūt vel polluūtur. Eos autē qui ante de-  
rici orthodoxorū fidei & monachi quidā qui euticis habuere diuersorū qd neq; monasteriū dicēdū  
est, eo qd i se religiōis habuit inimicos, qui adhuc vsq; i tāā infaniā recesserūt vt relicto venerabilis  
cultu religiōis i synodico decreto calcedonico qd toti⁹ pene orbis adunati definire sacerdotes, infau-  
stam euticetis secuti sūt assertiōē qui vera luce deserta tenebras eligēdas esse crediderūt, oib⁹ penis  
que p̄cedētib⁹ legib⁹ aduers⁹ hereticos definite sūt iubem⁹ teneri imo extra romanū expelli solū sicut  
p̄cedētes religiōissime cōstitutioēs de manicheis cōstituere, ne eorū venenatis fraudib⁹ sceleratib⁹  
cōmetis inocetū vī infirmorū ai decipiātur. ¶ Cōperim⁹ p̄terea quedā eos i cōtumeliā religionis &  
inuidiā venerabilis synodice diffinitiois fuisse mentitos cōscriptisq; libris & cartarū tomis plura fin-  
xisse, que eorū infaniā aduersus verā fidē apte signarēt, atq; ideo p̄cipim⁹ vbiq; hmoi scriptura re-  
perta fuerit ignibus cōcremari. Eos vero qui sequēdi studio audierint sic scelerata differentē denarū  
librarū auri mulctatiōe cōpescim⁹. Eos vero qui vel scripserint vī aliis legēda tradiderint docēdi studio  
vel discēdi cēsem⁹ deportatiōe puniri, delenda est enī hec infauista heresis, sicut pridē edictis serenita-  
tis nostre cōtinetur. Oib⁹ autē adimimus facultatē quia vlt imo supplicio cohercebūtur qui illicita  
docere tēptauerint, ita enī materia subtrahetur erroris si p̄ctorū & doctor defuerit & auditor, Palladi  
parēs charissime atq; amātissime, illustris itaq; & magnifica auctoritas tua edictis, p̄positis oib⁹ faciat  
nota que iussim⁹, vt cognoscētibus moderatorib⁹ puinciarū eorūq; officiariis, defensorib⁹ et ciuitatū  
qd sanctā verāq; fidē sc̄to p̄posito custodiēdā esse cēsem⁹. Quā si neglexerint aut p̄miserint teme-  
rari denarum librarū auri mulctatione percussi, vt religionis legūq; proditores etiā de estimatiōe la-  
borabunt. Data, xv. Kalē. Augusti constantinopoli aspirato & qui fuerit nuntiatus consulibus.

¶ Item alia Martiani imperatoris contra eosdem hereticos.

**IMPERATOR MARTIANVS AVGVSTVS PALLADIO**  
pretori. Licet iā sacratissima cōstitutioē māfuetudinis mee cautū ac definitū sit, quia i eos  
seueritas exercēda sit, qui euticetis vel apollinaris hereticā pueritatē secuti a religiōe & fide  
catholica deuiarūt, alexādrine tñ vrbis ciues atq; habitatores tātis apollinaris infecti sunt  
venenis, vt necessariū fuerit ea que añ sanxim⁹ repetita etiā lege nūc decernere. Quicūq; ergo vel in  
hac sacra vrbe vel i alexādrina ciuitate vel in omni egyptiaca diocesi & diuersis aliis puinciis eutice-  
tis p̄fanā pueritatē sequuntur, & ita nō credūt vt treceti decē & octo sancti patres tradiderūt catholicā  
sanctā fidē i nicea ciuitate fundātes, vel ita vt centū .i. alii venerabiles ep̄i q in hac alma vrbe cōstātino-  
politana postea cōuenerūt sicut Athana, & theophilus, & cyrilus sc̄te recordatiōis ep̄i alexādrine ci-  
uitatis crediderūt, quos etiā ephesina synod⁹ (cui beate memorie cyrilus p̄fuit) in qua nestorii error  
expulsus est, vniuersos secuta est, quos & nuper venerabilis calcedone synodus est secuta prioribus cō-  
ciliis sacerdotū ex oi. p̄sus parte cōsentiētibus nichilq; adimēs a sacrosctō symbolo neq; adiiciēs, sed  
euticetis dogmata funesta cōdēnās sciāt se eē hereticos, apollinaris enim facinorosissimā sectā eutices  
& diofchorus sunt secuti. Ideoq; oēs hī qui apollinaris vī euticetis pueritatē sequūtur illis penis quas  
diui retro principes cōtra apollinaristas vī serenitas nostra post modū cōtra euticianistas sanxit noue-  
rint se esse plectēdos. Idcirco apollinaristas hoc est euticianistas quibus & si est i appellatiōe diuersi-  
tas, est tñ i heresi cōiūctio, & dispar quidē nomē, sed idē sacrilegiū, siue i hac alma vrbe vel i alexādrī-  
na ciuitate seu intra egyptū sunt, neq; ita credūt sicut p̄dicti venerabiles credebāt neq; viro reuerē-  
dissimo alexādrine vrbis antistiti p̄therio fidē orthodoxā tenēti cōmunicāt sc̄dm diuorū retro prin-



**A**piū cōstitutiōes que de apollinaristis p̄m̄ algate sunt, nō habeāt potestātē faciendī testamētū, neq; id acquirāt qd̄ ipsis ex testamēto cuiusq; fuerit relictū, nichil etiā ex donatiōe aliqua cōsequatur, sed si qd̄ ipsis vel liberalitate acciderit vel viuētis vel moriētis fuerit volūtate collatū, id p̄tin⁹ fisco nō addi catur. Ipsi vero i nullos aliquid ex reb⁹ suis donare possint. ¶ Epos quoq; vel p̄sbyteros aliosq; cleri cos illis creare & habere nō liceat. Sciētes tā euticianiste q̄ apollinariste q̄ auli fuerit cuiq; ep̄ivl p̄sbyteri vel clerici nomē imponere, quā hī qui conati fuerit impositū nomē sacerdotale retinere, exilio rerūq; suarū amissiōe plectēdos. Eos vero q̄ de hac catholica roma eccliarū clericivl orthodoxe fidei mōachi fuerāt derelicto vero dei cultu apollinarisvel euticetis heresim sectati sunt, vl post hec sectabūtur, omnib⁹ penis que vel priorib⁹ legib⁹ aduersus hereticos cōstitute sūt iubem⁹ teneri, & extra ip̄m quoq; romā imperii solū pelli. Vniuersi p̄terea apollinariste vel euticianiste non ecclesias, nō mōasteria sibi cōstruāt, neq; sinaxes, neq; cōuētacula, contrahāt, neq; ad domū, neq; ad possessionē cuiuscūq; neq; ad mōasteriū, neq; ad quēcūq; alteri⁹ locū operadores secte funestissime cōgregētur. Qd̄ si fecerint & hoc factū fuisse dñovolēte cōstiterit postremo iudicialiter notū dom⁹ vl possessio i qua cōuenerint fisco societur, mōasteriū vero eius ciuitatis orthodoxe ecclīe i cui⁹ territorio est iubem⁹ addici. Si vero ignorāte dño sciēte vero qui dispētatiōes dom⁹ exigit, vel cōductore vel pcuratore vel prediū parasynaxis cōuētacula interdicta cōuenerit, cōductor vel pcurator siue auctor vel quicūq; i domū vel possessionē vel mōasteriū receperit vel passi fuerit illicitas parasynaxes cōuētusq; celebrari, si vilis & abiecte cōditionis sint fustib⁹ publice & i penā suā & aliorū exerceatur exemplū. Si honeste vero p̄sone sunt decē libras auri fisco nostro cogātur inferre. Nullū p̄terea apollinaristā vel euticianistā ad aliquā iubem⁹ aspirare militiā nisi ad cohortalē vel limitaneā, si qui vero cōtra fecerit soluto cingulo honestorū hoīm & palatii cōmunionē priuētur. Nec i aliqua nisi in ea qua nati sunt ciuitate vel vico ac religioe versentur. Si q̄ vero in hac alma vrbe nati sunt tā sacratissimo comitatu quā oī per p̄uinciā metropolitana ciuitate pellantur. Nulli insup euticianiste vel apollinariste publice vel priuati aduocandi cetus, aut peruersitatē facinorosi dogmatis asserēdi sit facultas. ¶ Nulli etiā cōtra venerabilē cācedonensem synodū liceat aliquid vel dictare, vel scribere, vel legere, atq; emittere, nemo h̄mōi habere libros audeat. Qd̄ si in his criminib⁹ fuerint inuēti p̄petua deportatiōe dānētur. hī vero qui discēdi studio audierint de infauista heresi disputātes, decē librarū auri que fisco nō applicabūtur subeāt dispēdiū. Oēs vero carte ac libri qui funestū euticetis dogma fuerit cōplexi cōcremētur, parens charissime tua illustris igitur auctoritas que hac sacratissima cōstitutiōe decreuim⁹ i hac alma vrbe diuersisq; puinciis ac p̄cipue i alexādrina ciuitate & p̄ vniuersam egyptiā diocesi edictis ex more p̄politis, ad omniū noticiā faciat puenire, vt cūcta que statuim⁹ i eos q̄ rei fuerint deprehēsi seueritas p̄tin⁹ exerceatur, sciētib⁹ moderatoribus puinciā eorūq; apparitoribus q̄ legis hui⁹ que religiosissima sactio ne custodiēda decreuimus, aut neglexerit, aut aliqua p̄miserit temeritate violari, denag; librag; auri mulctā fisco nō cogātur inferre, insup etiā existimatiōis sue periculū sustinebūt, ea quoq; que de paganis p̄ oē romanū imperiū equaliter valitura elegim⁹ instatissime i eos exerceatur quos cōstiterit p̄phanos rit⁹ celebrare. Data sub die kalē. Augusti cōstātinopoli diuo. viii. & antemio. iiii. cc. cōcess.

¶ Atticus ep̄iscopus qualiter formata ep̄istola fiat.

**B**Reca elemēta litterarū numeros etiā exprimere null⁹ qui vel tenuiter greci sermōis noticiā habet ignorat. Ne igitur i faciēdis epl̄is canonicis quas mos latin⁹ formatas appellat, aliqua fraus falsitatis temere p̄sumeretur. Hoc a patrib⁹ trecētis decē & octo nicea cōgregatis saluberrime iuuētū est & cōstitutū, vt formate epl̄e hāc calculatiōis seu supputatiōis habeāt rationē, id ē vt assumātur i supputationem prima greca elemēta patris & filii & sp̄s sancti hoc est. p. y. a. Que elemēta & octogēnariū & quadrigēsimū & primū significāt numerum, petri quoq; apli prima littera. id ē. P. Qui numerū. lxxx. significat, eius quoq; q̄ scripsit ep̄istola prima littera, cui scribitur scda littera, accipietis tertia littera, ciuitatis quoq; de qua scribitur quarta, & indictionis quecūq; est tēporis, id ē q̄ fuit numer⁹ assumatur, atq; ita his oībus grecis litteris que vt diximus numeros exprimūt inuē ductis vnā quecūq; fuerit collecta, summam epl̄a teneat, hāc q̄ suscipit omni cū cautela requirat expresse, addat p̄terea separatim i ep̄istola nōnagenariū & nouū numerum qui secundum greca elemēta significānt. Valete in domino.

¶ HVC VSQVE CONCILIA GRECORVM.